

Aduertencias para

Omnia ista vnam perfe&am compleant nutritionem, perinde est quod alijs doctores dicunt, quod effectus huius Sacraementi est augmentum gratiæ. Alij vnio, & in corporatio cum Christo. Alij sicut Scotus, quod est nutritio Spiritalis per gratiam. Sed omnia ista idem prorsus sunt. Hoc autem probet Parochus, in primis ex Concilio Florent. ubi dicitur. Effectus huius Sacraementi quæ in anima operatur digne suscipientis est adiunctio hominis ad Christum, & quia per gratiæ hominem Christo incorporatur, & ut membrum eius vnitur, consequens est, quod per hoc Sacramentum insumentibus dignè gratia augatur. Omnemq; effectum quem materialis cibus & potus quo ad vitam agunt corporalem, subst ado, augendo, reparando, delectando. Sacramentum hoc quo ad vitam operat spiritualem. Idein etiam dicitur in Concilio Tridentino Sess. 18. cap. 2, cuius verba supra retulimus in principio. Estq; pro hac veritate ratio manifesta. Hoc Sacramentum sumitur per viam alimenti : ergo qualem efficiunt pr stat alimentum corporale corpori, pr stat proportionabiliter hoc Sacramentum animae debite suscipientis : sed per alimen-